

*Henricus Johannis Degner*<sup>285</sup>, a Dominican brother, who for many years was the prior of the convent in Stockholm in the diocese of Uppsala, has now grown old and wishes to have the lay-brother *Olavus Pauli*, aged about fifty, by his side to serve and comfort him. The regent *Mercurius* commissions the provost and the dean of *Västerås*<sup>286</sup> to grant *Henricus* this request.

64.921v Frater *Henricus Iohannis Degnenhart* olim prior conventus seu domus  
Holmensis ordinis fratrum predicatorum Upsalensis diocesis exponit,  
quod ipse, qui iam senio confectus existit et officium prioris in dicta  
domo per plures annos laudabiliter exercuit et nunc obsequiis et  
consolatione quadam indiget, cuperet quendam fratrem *Olaum Pauli* 5  
laicum conversum dicte domus, qui iam quinquagesimum vel circa  
etatis sue annum agit et sibi gratus existit, secum pro sua consolatione  
et obsequiis tenere et habere. Super quo supplicatur *humiliter eidem*  
*sanctitati vestre pro parte ipsius exponentis, quatenus*, ut dictum fratrem  
*Olaum* in sua societate seu familiaritate et pro suis obsequiis, ubicum- 10  
que ipsum residere contigerit, tenere et habere libere et licite possit et  
et stare possit et valeat, ipseque *Olaus* absque alicuius superioris licentia secum manere  
et stare possit et valeat, ita quod interim, quod secum fuerit, alicui dicti  
ordinis superiori minime subiiciatur, sibi et eidem fratri *Olao* indulgere  
ac licentiam et liberam concedere facultatem non obstantibus constitu- 15  
tionibus et ordinationibus apostolicis ac domus seu conventus et ordinis  
predictorum statutis et consuetudinibus etiam iuramento etc. roboratis  
privilegiis quoque et indultis ac litteris apostolicis eidem ordini illiusque  
superioribus et personis communiter vel divisim etiam in forma brevis  
concessis, confirmatis et innovatis ceterisque contrariis quibuscumque 20  
dignemini de gratia speciali. Fiat de speciali. *Mercurius* regens. Et cum  
assistentia, que committatur preposito et decano ecclesie Arosiensis et  
eorum cuilibet in forma. Fiat. *Mercurius*.

438 Rome apud Sanctum Petrum in marg. sup.; vii Idus Februarii in marg. sin.; Upsalensis in marg. dext.; Licentia; nomen procuratoris Galteri; turonenses xvi ante annot. | 438,1 Degnenhart] De Gnenhart (vel fort. De Gvenhart) cod. | 8 humiliter...quatenus addidi secundum e.g. n. 119,19; 278,13; 341,8, etc cod. | 10 sua] sue cod. | 17 etc] scil. confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia; cfr n. 414,19.

285. *Henrik Degner* was the prior of the convent 1498–1518 and again 1525–1529 (HALLERDT 2006, p. 15–16).

286. The provost of *Västerås* at this time was *Lubertus Veslo* (EKSTRÖM 1939, pp. 439–443); the decanus was *Petrus Jacobi* (*Peder Jakobsson Sunmanväder*), who became electus in 1523 (EKSTRÖM 1939, p. 697; SBL XXVIII, pp. 782–786.)